



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis  
Prædicatorum**

**Nicolaus <Eymericus>**

**Venetiis, 1607**

Edictum Iustiniani de fide, Redentes.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13589**

# Inquisitorum cum Commentarijs.

33

*id quod respiciens Paulus diuinitus ad Titum scribens cap. 1. ait, oportere ut episcopus doctus sit, ut exhortari sciat in sacra doctrina, & eos qui contra dicunt arguere, de quo articulo agit plenissime Emericus paulo post, q. 10. & nos ibidem late in commentariis eiusdem questionis. interim videndus Conradus Brunus lib. 5. de hæret. cap. 4. & lib. 6. cap. 8.*

*Cat. semel definita legi timè in dubium resoluti non deuant.*

*c Nam et iniuriam facit iudicio Reuerendissimæ synodi, si quis semel iudicata ac recte disposita reueluere & publice disputare cōtenderit.] Ratio cur iniuria fiat, manifesta est: quis enim cedat plus esse tribuendum singulorum opinionibus de fide arbitriatu suo disputantium, quam definitis in synodi legitime congregatis, in quibus natus Spiritus sancti Patrum corda reguntur? Iam multis rationibus optime statutum est, ne semel definita in dubium reuocentur: nam si quæ semel sunt salubriter constituta & decreta, in dubium reverterentur, nullū profecto stabile Ecclesiæ indicium aut statutum contra quoslibet errores permaneret. Rursus eiusdem semper favoribus omnis statuta semel veritas, & integra Ecclesiæ definitio turbaretur. ita Celsius Papa I. ad episcopos Dardanias epistola quād incipiente: Valde miratis summus. dicens: Quæ maiores nostri diuina inspiratione cernentes, necessarie præcauerunt, ut quod cōtra vnaquaque hæresim coacta semel synodus pro fide, cōione & veritate catholica atq; apostolica promulgasset, non sinerent posthac nouis retractationibus mutulari, ne paruis occasio præberetur, quæ mediocriter fuerat statuta, pullandi: sed auctore cuiuslibet insania ac pariter errore damnato, sufficiere iudicarūt, ut quisquis aliquando huius erroris cōcitor existeret, principali lētentia dānationis eius esset obstractus, quō manifeste quilibet vel professione sua, vel communione posset agnoscī. Hac ibi. quem locum, quia valde erat instiguisse huic loco omnino cōgruēs, nō duximus omitēndū: qui refertur a Gratiano. 24. q. 1. c. maiores.*

*Synodus Chalcedonēsis quando cōstituta.*  
*d Qui Chalcedone conuenerunt.] Chalcedonēsem synodum intelligit longe celeberrimam, habitā Calcedone (ea est ciuitas Phrygia in Ponti Euxini ora) interuenient sexcentorum triginta episcoporū contra oēs hæreses, maxime uero contra Eutychem & Dioscorum, qui unū dominū nostrū Iesum Christum, ex diinitate atq; humanitate conslautem, et in his diuabus naturis adorandum, ad vnam audierūt & scilicet naturam redigebant, & cōfundebat. Fuit autem celebrata ora 488. hoc est anno Domini 450. seu ut alijs scribunt 452. V alētinianu V 11. & Anieno viris clarissimis consulibus, de hac celebre exiit Gregorij testimoniū in c. sicut. 13. dist.*

*e Igitur si clericus erit.] Nunc pœnas statuit cōtra eos, qui de fide publice disputant in malum finē, idque seruata personarū qualitate: hodie tamen non habet locum pena huīus legis, neque hi personarū gradus, ut hic præscribitur, obseruari debent: nam qui publice nūc falsa dogmata prædicaret, populoq; nouas suggesteret opiniones, nec vera fidei documenta recipere, sed perfidie, hoc est, hæresis disseminanda, & (ut dicitur) quereret occasionem, ab Inquisitorib; hereticę prauitatis iudicaretur: & tales hære-*

*A siarchē seu dogmatiſe videntur sine ulla penitus misericordia curie ſeculari tradendi, vltimo ſuppli cōferiendi, ut docet Repertorium Inquisitorum, ver. docere. & ver. hæresiarcha. Albertinus tract. de agno. assertio. queſt. 30. nu. 60. Simancas in cathe. inſtit. tit. 47. num. 60. idem in Euchyridio vlatæ religio. tit. 59. Ioannes Rojas trac. de hæret. par. 2. assertio. 42. & alijs quidam. Quid tamen de hoc ſentiam, dixi breuiter par. 2. in commentario ſu per concilio Tarraconen. §. Rursus illud. Et plenius eadem parte ſuper q. 39.*

## EDICTVM IVSTINIANI

DE FIDE

*Victor Iustinianus, pius, felix, inclitus, triumphator ſemper Augnustus, Joanni sanctissimo Archiepiscopo alma urbis Romę & Patriarchę.*

**D**E D E N T E S a honorem Apoſtolicæ Sedis, & infra. Manifestum igitur facimus vestre sanctitat̄, q; pauclique quidam infideles, & alieni laicæ Dei catholicæ atque Apoſtolicæ Ecclesiæ, contradiceré Iudaice atque apostatice aucti ſunt aduersus ea, quæ ab omnibus ſacerdotibus ſecundum uelutram doctrinam recte tenentur, & glorificantur, atque prædicantur; denegantes Dominum noſtrum Iesum Christū vniigenitum filium Dei, Deum & Dominum noſtrum incarnatum de sancto Spiritu, & ex sancta atque glorioſiſima ſemper Virgine Dei genitricē Maria hominem factum, atque Crucifixum, vnum eſſe sanctę & conſubtantialis Trinitatis, & coadordanū & conglorificandū Patri & Spiritui sancto, conſubtantiale Patri ſecundū diuinitatem, et conſubtantiale no bis eundem ipsum ſecundum humanitatem paſſibilem carne, eundemque ipsum impaſſibilem deitatem. Recuſantes enim Dominum noſtrum Iesum Christū vniigenitum filium Dei, & Dominum noſtrum fateri unum eſſe sanctę & conſubtantialis Trinitatis, videntur Nestorii malam ſequi doctrinam, ſecundum gratiam dicentis unum filium Dei, & aliū dicentis Dei uerbum, & aliū Chriftum. Omnes uero ſacerdotes sancta catholicæ atque Apoſtolicæ Ecclesiæ, & reuerendissimi Archimandritæ sanctorū monaſteriorum, ſequentes sanctitatem veſtram & custodientes ſtatutum & unitatem sanctarum Dei Ecclesiarum, quam habent ab Apoſtolicā veſtri sanctitatis ſede, nihil penitus immutantes de ecclesiastico ſtatu, qui hactenus obtinuit, atque obtinet, uno conſenſu confitentur, & glorificant, prædicantes Dominum noſtrum Iesum Christū vniigenitum filium, & verbum Dei, & Dominum noſtrum ante ſecula, & ſine tempore de Patre natum in ultimis diebus descendisse de cælis, & incarnatum de Spiritu sancto, & ex sancta atque glorioſa virgine & Dei genitricē Maria natum, & hominem factum, & crucifixum, vnum eſſe sanctę & conſubtantialis Trinitatis, & coadordanū & conglorificandū

**C** Patri

# Prima pars Directorij

34

Patri & sancto Spiritui. Nec enim alium Deum verbum, & alium Christum cognoscimus, sed unum atque eundem ipsum consubstantialem patri secundum diuinitatem, & consubstantiam nobis eundem ipsum secundum humanitatem, passibilem carne, eundem ipsum impassibilem deitate. Ut enim est in diuinitate perfectus, ita idem ipse & in humanitate perfectus est. In una enim substantia deitatem suscipimus & confitemur, quod dicunt Graeci, τὸν καὶ ὁ θεός οὐτοῦ οὐκοῦνεν. Idest, eam quam secundum personam est unitatem. Et quoniam unigenitus filius & verbum Dei ante secula, & sine tempore de patre natus, idem ipse & in ultimis diebus descendens de celis, incarnatus de Spiritu sancto, & ex sancta atque gloria semper Virgine & Dei genitrice Maria, homo factus, Dominus noster Iesus Christus, proprie & vere Deus est: ideo & sanctam atque gloriosam Virginem Mariam proprie & vere Dei matrem esse dicimus: non quia Deus verbum, principium ex ipsa sumperierit, sed quia in ultimis diebus descendit de celis, & ex ipso incarnatus, & homo factus & natus est: quem confitemur & credimus (sicut dictum est) consubstantialem esse patri secundum deitatem, & consubstantialem nobis eundem ipsum secundum humanitatem: eiuldem miracula & passiones, quas sponte in carne sustinuit, agnoscentes. Suscipimus autem sancta quatuor concilia, idest trecentorum decem & octo sanctorum patrum qui in Nicæna urbe congregati sunt; & centum quinquaginta sanctorum patrum, qui in hac regia urbe conuenerunt: & sanctorum patrum, qui in Epheso primo congregati sunt: & sanctorum patrum, qui in Chalcedone conuenerunt, sicut ustra Apostolica fides docet atque prædicat. Omnes ergo Sacerdotes fequentes doctrinam Apostolice sedis vestre, ita credunt, & confitentur, & prædicant. Vnde properauimus hoc ad notitiam deferre vestrae sanctitatis per Hypatium & Demetrium beatisimos episcopos, ut nec uestram sanctitatem lateat, que a quibusdam paucis monachis male & Iudaicè secundum Nestorij perfidiam denegata sunt.

ITEM SUBSCRIPTIO TALIS FVIT.

Deitas te conseruet per multos annos sanctissime ac religiosissime Pater.

COMMENT. VII.

**R**EDDENTES honorem Apostolice Sedi. & infra.] Sustulit Eymericus similiter ab hoc editio initium & finem, ut ea tantum collocaret, que suo instituto apta erant, quod est (ut sapere dixi) cumulare multos fidei articulos & catholicas veritates. hoc autem fragmento tria potissimum docentur.

Christus uer. Christum unam esse de tribus sanctis Deus Maria Trinitatis personam subsistentem, quam Graeci byzantini appellant. Alterum, Christum in carne passionem vere pertulisse, impassibili deitate sem-

A per existente. Tertium & postremum, sanctissimam Mariam Virginem proprie & veraciter appellandam esse matrem Domini nostri Iesu Christi & beatissimam, hæ voluisse Imperatorem profiteri. series ipsa editio indicat. idem quoque docet & ipse joannes Papa in alia de ea re epistola scripta ad Senatores urbis Romæ, de duabus naturis adversus Eutychianistas, in qua luculentis scripture testimoniis, & sanctorum patrum assertiōnibus tres istas veritates ostendit, easq; in epistola Iustiniani contineri ait his verbis; Iustinianus si quidem Imperator filius noster, ut ex eius epistola tenore cognouisti, de his tribus questionibus orta certamina fuisse signavit, utrum unus ex Trinitate Christus & Deus noster dici possit; hoc est, una de tribus personis sancte Trinitatis sancta persona; An Deus Christus carne pertulerit impassibili deitate. An proprie & ueraciter mater Domini Dei nostri Christi Maria semper uirgo debat appellarī. Haec enus ibi. Extat illa epistola in quinto volumine Bibliothecæ patrum, cui Hæreticologia nomen est impositum.

**S**uscipimus autem sancta quatuor concilia. Idem in eis, sicut dicitur. 15. ubi egregium extat de autoritate horum conciliorum testimonium defumptum ex Beato Gregorio lib. 1. epistola 24. refert.

**C** Iuo Carnotensis par. 4. c. 117. de quib. videlicet Potum Patriarcham Constantinopolitanum in epistola ad Michaelem Bulgarię Principem, de septem conciliis œcumenicis.

EX EXTRAVAGANTIBVS  
Comm. ti. de maior. & obedien.

BONIFACIVS VIII.

Omnes Christi fideles de necessitate salutis, subsunt  
Romano Pontifici, qui vitrumque gladium habet,  
& omnes iudicat a nemine autem iudicatur.

**D** N A M A sanctam Ecclesiam catholica, & ipsam Apostolicam, uirgente fide credere cogimur & tenere. Nosque hanc firmiter credimus, & simpliciter confitemur, extra quam nec salus est, nec remissio peccatorum, sponsio in Canticis proclamante, Vna est columba mea, perfecta mea: Vna est matri sue, electa genitrici sua, que unum corpus mysticum representat: cuius caput Christus: Christi uero Deus. In qua unus dominus, vna fides, vnu baptisma. Vna nempe fuit diluvij tempore arca Noe vna Ecclesia præfigurans, que in uno cubito contumata, vnum (videlicet Noe) gubernatorem habuit & rectorem, extra quam omnia sublita super terram legimus fuisse deleta. Hanc autem veneramur & vnicam, dicente Domino in propheta, Erue a fratre Deus animam meam, psal. 11. & de manu canis unicam meam. pro anima enim idest pro scipo capite simul orauit & corpore, quod corpus vnicam, tunc illicet Ecclesiam nominauit, propter sponsi fidei sacramentorum, & charitatis Ecclesiae unitatem. Hæc est tunica illa